

Ut iudex ecclesiasticus decernat edictalem citationem iustae causae forent:

Si citandus cursoris perquisitioni malitiose se subduceret; si locus in quo facienda est citatio non esset satis tutus; si citandus est vagus et incertus; si citandi generaliter forent omnes habentes in aliqua causa interesse.

Ubi citandus habeat domicilium in dioecesi alterius Episcopi aut Principis, Tam actor provocans, quam index citationem decernens, ad actionem in libello propositam, et ad capacitatem standi in iudicio sedulo debet advertere.

Legitima citatio, tres praecipios parit effectus:

Citatio illegitima non parit effectus;

Si nulliter citatus sponte iu dicium veniat, ipsa citatio ita per eius comparitionem confirmatur, ac si rite facta fuisset:

Post suam comparitionem nequit amplius reus de nullitate citationis excipere;

Litis contestatio potest definiri:

Litis contestatio fit

Rogatoria datur epistola, ut per cursorem illius curiae, aut per officiale illius Principis decretum citationis reo denuncietur.

Nam si actio nulla competit, vel sit omnino prescripta, vel nomine alterius absque mandato proposita, vel sit alia de causa inefficax, si actor personam non habeat standi in iudicio, vel reus nequeat conveniri, citatio non habet locum, quae etiam facta nullius est iuris.

Inducit praeventiōnēm favore iudicis citantis adversus alios indices concurrentem habentes iurisdictionem; infert litis pendentiam cum in citatione ea omnia sunt expressa, per quae reus plene potest instrui de iis super quibus in iudicium convenitur; et interrumpt praescriptionem triginta annorum.

Nam illegitima citatio neque citatum constituit in mora, neque alios producit effectus, iuxta adagium: *Paria sint non citari, et non legitime citari.*

Quia citatio fit, ut citatus ad iudicium veniat, et per consequens ubi reus praesens adest, cessat citandi necessitas.

Sed tenetur respondere libello, vel terminum ad comparendum petere, licet reus sit illegitime citatus.

### De litis contestatione.

*Actus legitimus, quo actor coram iudice proponit petitionem suam, reus autem negat se cessurum petitioni, iudicium et item in se recipiens.*

Si reus citatus coram iudice compareat, sequitur actoris petitioni opponat.

Fit contumax, vel in contumaciam incidit.

Si reus comparere recusat

Quia per actoris petitionem, et rei contradicitionem, litis contestatio perficitur, et tam actor quam reus tenetur in iudicio manere, et iudicatum praestare.

Litis contestatio est fundatum iudicii,

Iusta principium: *Qui paratus est solvere non cogitur iudicium suspicere.*

Ex iure canonico nulla est litis contestatio, ubi reus coram iudice comparens fateatur pure se debere,

Ubi reus actoris petitionem elidat aliqua exceptione litis finitae, aut exceptione fori declinatoria, vel dilatoria et ubi factum iudici narrat, et cum de negotio instruat cum protestatione de non contestanda lите.

Ex iure canonico nulla est litis contestatio

Quando reus expresse contradicit actori ac negat per actorem narrata esse simpliciter vera, aut esse vera prout narrantur, ut si utatur hac formula: *Nego narrata, prout narrantur, et dico petitam fieri non debere.*

Litis contestatio expressa est

Quae inducitur ex facto.

Litis contestatio tacita est

Quando fit simpliciter absque ulla conditione aut protestatione.

Litis contestatio pura est

Quando fit apposita aliqua conditione aut protestatione.

Litis contestatio conditionalis est

Quod probatur ex rubrica tituli Decretalium, *ut, lite non contestata, non procedatur ad testium receptionem, vel ad sententiam definitivam.*

Ante item contestatam regulariter non licet testimoniū depositiones recipere, aut sententiam definitivam ferre;

Nam litis contestatio fundamentum est iudicij; et ante litis contestationem nullum est iudicium, nulla lis.

Ante item contestatam probatio-nes et sententia omni debent carere effectu:

Ad instantiam partium, vel ex officio, terminum probatoriorum praescribit.

Litis contestatione facta, index

Habito respectu ad locorum distantiam, ad qualitatem personarum et causae. Cum statutus fuit, est peremptorius, licet haec qualitas non exprimatur.

Ex iure canonico terminum probatoriorum est in arbitrio iudicis

Ex iusta causa potest concedi

Secundus et tertius terminus, praestito in secundo a petente iuramento de iusta impedimenti causa, et data pro tertio probatione adhuc maiore; ultra vero tertium terminum, ex eodem iure nova dilatio concedi non potest.

### De contumacia.

Contumacia potest definiri:

*Contemptus sive inobedientia, qua quis iudicii praecipienti sive initio litis sive in eius prosecutione, obtemperare recusat.*

Contumacia dolum involvit, sive propositum contemendi iudicem aut adversarium molestandi;

Contumax efficitur,

Qui tribus vicibus citatus, aut semel peremptorie, ad iudicium venire detrectat: qui ad iudicium primum venit, sed postea deserit, vel respondere recusat, aut ambigue tantum respondet, aut frustratorie appellat, et qui impedit ne possit ad citatum pervenire citatio.

Sunt in iure Canonico quaedam causee quae a contumacia excusare queant, scilicet:

Contumax esse potest

Gravior est contumacia actoris quam rei,

Si primum actor sit contumax, quia die et hora citationis cadentis sui copiam iudicis non facit, reus ante litem contestatam in iudicium comparrens suo est functus munere.

Locus non tutas, notoria iudicis incompetentia vel aliud iustum impedimentum.

Tam actor quam reus, et uterque tam ante quam post litem contestatam.

Quia reo aliquantulum est ignoscendum, reus cogitur naturaliter iudicium formidare.

Reus potest libere a iudicio recedere; vel si malit, actoris contumaciam accusare, damna et expensas repetere, in quas est ipse actor damnandus, vel etiam agere ex lege *diffamari*; ac petere ut actor peremptorie citetur, eoque absente, datis probationibus, ad sententiam definitivam procedatur, vel ut ipse reus ab actoris instantia absolvatur.

Nisi praestita prius cautione de stando in iudicio.

Auctor ex iure canonico non admittitur ad citationem *repetendam*,

Post litem contestatam, una facta citatione editali

Si reus sit contumax

Reus instare potest pro sententia definitiva, licet contumaciam non accusaverit; quia in cursu iudicii, omnes termini probatoriales sunt peremptorii.

Ex Iure Canonico actor ante litem contestatam mittendus est in possessionem bonorum de quibus est quaestio quando de reali actione agitur: quando autem agitur de actione personali, mittendus est in possessionem bonorum mobilium ipsius rei contumacis, quibus deficientibus, in possessionem etiam immobilium, quae possessio ex primo decreto confert actori tantum bonorum custodiam: sed si post annum, durante rei contumacia, alio iudicis decreto renovetur et firmetur, veram confert possessionem; quod statutum fuit, ut reus custodia bonorum suorum aut possessione privatus, demum iudicii obtemperet.

Iudicem ad sententiam preferendam provocare, si eius intentio in actis satis sit probata; sin secus, mittitur in possessionem.

Per comparitionem in iudicium ante prolatam a iudice sententiam.

Nisi solutis expensis prius in causa factis.

Post litem contestatam actor potest, accusata contumacia,

Contumacia purgari potest

Comparens non admittitur ad contumaciam purgandam

Tantum remedium ordinarium appellationis, aut extraordinarium restitutionis in tempus.

Post sententiam a iudice prolatam, contumaci superest

Legitimatatio in iudicio est

Probatio qualitatis quam quis in iudicio suscipit.

Legitimatatio in iudicio requiritur ut qualitates in libello assumptae demonstrentur;

Aliter iudicium firmo caret fundamento, cuius defectu omnia acta corruerent.

In iudicio quis consistit

*Iure proprio aut iure alieno.*

Quando quis est  
in iudicio iure  
proprio, et ex  
actis satis li-  
quet, eum habe-  
re personam  
standi in iudicio,

Quando quis est  
in iudicio iure  
alieno

Si quis est in iu-  
dicio iure alieno  
tamquam procu-  
rator,

Iuramentum ca-  
lumniae est

Iuramentum ca-  
lumniae differt  
a iuramento ma-  
litiae,

Ex iuris canonici  
sanctione, quan-  
do a parte ad-  
versa petitur,  
aut a iudice im-  
ponitur, calum-  
niae iuramen-  
tum est pre-  
standum,

Probatio potest  
definiri

Actor in sua peti-  
tione, et reus in  
sua exceptione

Regula probatio-  
nis in iudicio

### Circa suam personam nulla indiget legitimatione.

Uti principalis, tamquam creditoris haeres, debet docere de qualitate haereditaria, et de eius legitimo et sufficienti titulo.

Debet diligenter prospicere mandatum, sub quo agit, an procedat a lege vel ab homine. Vel si mandatum procedat ab homine, ut collatum in scriptis, an sit sufficiens, nec ne; multa enim sunt in quibus generale non sufficit, sed speciale vel iudiciale mandatum requiritur.

Illud quo partes litigantes post litem contestatam iurant se non calumniae causa, sed iuris competentis fiducia litem agere; ita ut in toto iudicii cursu verantum et necessaria dicant, falsas fallacesque probationes ac versutias ad iudicem fallendum, iudiciumque protelandum devitent.

Quia iuramentum calumniae generale est ad totam causam; vero iuramentum malitiae speciale est ad aliquem actum.

Aliter actore causa cadit, et reus pro confesso habetur; sed penes nos a praxi iudiciorum hoc iuramentum recessisse videtur.

### De probationibus.

*Actus iudicialis, quo indici per argumenta legitima facti vel iuris controversi veritas demonstratur.*

Tenetur intentionem, facta et fundamenta in iudicium a se deducta, probare.

In factis sive fundamentis positivis sine limita-  
tione procedit; in negativis vero distinguendum est,  
inter negationem puram, quam alii dicunt *indefinitam*  
et *coarctatam*, alii *definitam* appellant.

Quando actio vel exceptio negatur a lege pro-  
hibita.

Quando negatio non *cadit* in facti substantia, sed  
in eius adiunctis, sive circumstantiis loci, temporis  
aut personarum.

Quia ut sonat utriusque iuris principium: *Cum per*  
*rerum naturam factum negantis nulla sit directa pro-*  
*batio.*

Si praebat actionis, vel exceptionis fundamentum.

Certa vel probabilia.

Probationem *plenam* aut perfectam efficiunt.

Probationem exhibit *semiplenam* aut imperfectam.

Magis ad plenam probationem accedit.

Minus ad plenam probationem accedit.

Quando quid ex sua causa probatur.

Quando quid ab absurdis vel ab adiunctis loco-  
rum, temporum et personarum probatur.

Legis dispositione quam actor in agendo et reus  
in excipiendo allegat.

Ex actibus hominum, uti ex confessione partium  
litigantium, ex instrumentis, ex testibus, ex iuramento  
et ex *prae*sumptionibus.

Pro declaratione qua reus actoris intentionem, vel  
actor rei exceptionem admittit.

Quae fit in iudicio.

Quae fit extra iudicium.

Quia *nulla melior probatio quam proprii oris con-*  
*fessio*. Hoc sane modo nedum adversarius relevatur  
ab onere probationis sed qui confitetur, quodammodo

Negatio a iure,  
coarctata habe-  
tur

Negatio a facto  
coarctata habe-  
tur

Negatio pura nulla  
indiget proba-  
tione, immo, nec  
probari aliqua  
ratione potest:

Negatio coarctata  
tum per auto-  
rem, tum per  
reum, probanda  
est

Argumenta pos-  
sunt esse

Argumenta certa

Argumenta proba-  
bilia

Probatio maior se-  
miplena

Probatio minor se-  
miplena

Probatio *directa*  
appellatur

Probatio *indirecta*  
appellatur

Probatio *ex lege in-*  
*nititur*

Probatio *ex facto*  
eruitur

Confessio partium  
accipitur

Confessio iudicia-  
lis est

Confessio extra-  
iudicialis est

Maximum est pon-  
dus confessionis  
iudicialis,

Confessio iudicialis,

Requiritur ut confitens, tum natura tum lege, habeat confitendi facultatem;

Requiritur ut confitens quidquam declareret contra se;

Requiritur ut confessio fiat coram iudice competente, saltem ratione materiae.

Positio consistit

Positio videtur  
hoc nomine de-signata

Admitti nequeunt  
positiones iuris,  
sive de interpre-tatione legis,

Consuetudo in po-sitionem legiti-mie deducitur,

Certum est facta  
debere esse ad  
causam per-tinencia;

In dubio, ex iure  
Canonicco, posi-tiones imperti-nentes admit-tuntur

Positionibus per  
adversarium ne-gatis,

Articuli sunt

sua sententia damnatur; et ideo tamquam iudicatus habetur, ut nequeat ulterius appellare.

Irrevocabilis est postquam legitime fuit emissa, excepto casu erroris in facto, in quo usque ad sententiam, probato errore, revocari potest.

Quia iuxta Doctorum effatum: *qui non potest donare, non potest confiteri.*

Nam non prodest facta confessio pro se, et contra alium; quia repugnat ut quis sua confessione sibi queat facere debitorem, et aliunde *non debet alteri per alterum iniqua conditio conferri.*

Aliter effatum confessionis judicialis non haberet; sed tantum extrajudicialis; nam *sicut sententia a non suo iudice lata non tenet, ita et facta confessio coram ipso.*

In assertione alicuius facti ad causam pertinentis, quae ab uno ex litigantibus in iudicio proponitur, ut eidem adversarius, concedendo vel negando, responderem teneatur, cui si non respondeat, tamquam confessus habetur.

Quia qui eam facit, aliquid ponit ut verum vel notorium, et de eo adversarium interrogat, an ipse quoque ut verum vel notorium admittat.

Quia positiones respiciunt facta, non iura.

Quia licet consuetudo ius faciat, in se est aliquid facti, et in facto consistit.

Quia positiones impertinentes a iudice reiiciuntur.

Cum clausula: *salvo iure impertinentium et non admittendorum.*

Qui positiones proposuit, in articulos reducere tenetur.

Partes intentionis aut facti determinati in iudicium adducti incontinentes, quod quis probare in-

tendit, et habent locum tum in positionibus, tum in casu quo nullae factae sint positiones.

Omnis illi, qui, post articulos deductos ex parte actoris, possunt deduci ex parte rei in materia contraria.

Illi qui post articulos comprobatorios possunt deduci.

Probatio eorum facienda est per testes.

Interrogatoria.

Propositiones super articulis secundum varias circumstantias compositae, quas adversarius proponit testibus contra se productis, ut super singulis iidem testes interrogentur, ac respondere teneantur.

Valet testimoniū examen super articulis.

Aliam denominationem accipiunt, vocari solent *capitula.*

Positiones et articuli in causa criminali ab accusatore vel a promotore fisci propositi, ad reum inquisitum de crimine convincendum, per eius confessionem, vel per testes, vel alio modo.

Capitulis aptandum est.

In articulis regulariter producuntur nomina testimoniū desuper examinandorum, non item in capitulis; articulos proponit tam actor, quam reus, capitula proponit tantum Promotor fiscalis, non vero reus inquisitus, qui tantum exhibet articulos defensorios.

Confessio extrajudicialis interdum plene probat, interdum semiplene tantum, et interdum nullam facit probationem, ut si coram adversario verbis tantum facta sit, aut coram extraneo qui ad secretum tenetur.

Confessio extrajudicialis facta verbis ex canonistarum praxi potest etiam efficere probationem si coram adversario atque idoneis testibus emissā est, confessio extrajudicialis facta vero scriptis veluti per

Articuli *comprobato-  
rii* vocantur  
actionis vel ex-  
ceptionis

Articuli *additiona-  
les* appellantur

Ubi dati et admis-  
si sunt articuli

Pars adversa po-  
test dare testi-  
bus

*Interrogatoria sunt*

Si non sunt data  
interrogatoria

In causis crimin-  
ibus, positiones  
et articuli

Capitula sunt

Quidquid dicitur  
de positionibus  
et articulis

In praxi duas ob-  
servantur diffe-  
rentiae inter ar-  
ticulos et posi-  
tiones et capitu-  
la;

Confessio extra-  
judicialis, multo  
minorem habet  
vim quam iudi-  
cialis, scilicet:

In specie distin-  
guendum inter  
confessionem ex-  
trajudicialem fa-  
ctam verbis et  
factam scriptis.

epistolam aut chirographum, aut instrumentum, tantam habet vim quanta in eadem re tribuenda est documento a quo refertur.

### De instrumentis.

*Instrumenta proprie dicta sunt*

*Scripturae a privata persona factae*

*Ad instrumenta publica pertinent*

*Ad privata instrumenta referuntur*

*Publica instrumenta*

*Ut publica instrumenta ex legitima auctoritate facta, et solemnitate mereantur omnem fidem et in iudiciis plene probent, requiritur*

*Regula utriusque iuris circa instrumenta privata haec est:*

*Instrumenta privata probant contra scribentem.*

*Instrumenta privata plene probant, uti instrumenta publica*

Scripturae a publica persona ratione publici officii, et cum statutis a iure solemnitatibus confectae.

Saepe instrumentorum nomine donantur; unde oritur distinctio inter instrumenta *publica* et *privata*.

Tabellionum instrumenta, acta iudicia, acta status civilis, et acta aliorum publicorum officialium sive ministrorum, qui de re ad proprium officium sive ministerium attinente, legitime fidem faciunt.

Epistolae missivae, chirographa manu privata scripta, apochae liberatoria, eodem modo factae, inventaria domestica, libri rationum familiarium, libri mercatorum etc.

Ex legitima auctoritate et solemnitate facta, omnem fidem merentur, et in iudiciis plene probant.

Ut exhibeantur authentica, sive autographa nulloque infecta vitio, nam copiis sive exemplis non authenticis minime creditur, et veris etiam instrumentis, vitiatis, aut nulla aut suspecta est fides.

Instrumenta privata, cum privata condantur auctoritate, regulariter sola ad probandum non sufficiunt.

Sunt enim, scribentis confessiones veluti permanentes; verum ad hoc necesse est ut ab eius auctore, recognita sint, aut in iudicio verificata et probata, simulque eorum causam contineant.

Ubi agatur de contractu mutui, societatis et venditionis mercium, rerum mobilium, et a se moventium, de contractu locationis ad breve tempus, de epochis pensionum, canonum, aliarumque annualium perceptionum, et de contractu sponsalium.

Ad plene probanda inter mercatores gesta admittuntur, et in iudicio regulariter praesentandae sunt in termino probatorio et ante conclusionem in causa adhuc a Cancellario recipiuntur, verum ponuntur extra processum ad iudicis instructionem, non ad probationem.

Authentica, vel legitime exemplata, vera, et falsitatis non suspecta, integra et nullo modo vitiata.

Per oppositionem et vitii exceptionem, nulla eorum vis redi posset, et tamquam sarcinae inutiles considerari, haberique possunt.

Pars adversa citanda est ad ea videnda, et ad apponendum quidquid sibi interesse putaverit.

*Instrumenta privata, sive scripturae mercatorum*

*Ad fidem in iudicio faciendam instrumenta praesentanda sunt:*

*Instrumenta*

*Ad instrumentorum verificacionem post eorum productionem in acta*

### De testibus.

Personae fide dignae ad veritatem facti controversi ostendendam adhibitae; quae tanta praeditae esse debent scientia, ne decipientur ipsae et tanta probitate ne decipient alios.

Nam per legitimas testium depositiones, instrumenti vis eliduntur; instrumenta sunt testationes mutae et surdae, quae interrogatae non respondent, ex adverso testium probatio semper loquitur, ratiocinatur, et saepius interrogata respondet.

Iuxta illud Evangelii: *In ore duorum vel trium testium stat omne verbum.*

*Testes sunt*

*Ex iure Canonico maxima est auctoritas testium, ita ut instrumentorum praevaleant auctoritate.*

*Ad plenam probationem efficiendam, duo vel tres legimi testes sufficere possunt,*

*Interdum a iure plures requiruntur testes*

Ut in casu divertii per impotentiam, in quo necessarium esse potest testimonium septimae manus vel septem testium propinquorum, et in casu purgationis canonicae.

Maiorem testium numerum afferre, non tamen ultra 40, ex Iure Canonico, quos ipsae partes super eisdem articulis possunt producere simul, vel pro secunda

*Interdum licet partibus ad aliiquid probandum*